iurandi os veſtrum cohibere· ne diuina vltio ueſtras domos diſſipet· ſed magis pura oratione ⁊ gratiarū actione cum omnibus bonis ditemini· Sicq̧ tota ui ta ueſtra in omnibus uirtutibus fulgeat ut quicunq̧ ueſtram ſanctam conuerſationem uiderit in bono edi ficetur· ac dominum pariter vobiſcum benedicat· Cui laus eſt ⁊ perhennis gloria per oīa ſecula ſeculoꝝ A·

Quartodecimo debet quilibet fidelis ⁊ timora/ tus ruſticus ſedule diſcutere ↄſcientiam ſuam ⁊ crebro confiteri· ¶ Hic timeo ueriſimiliter ꝙ moder/ ni laici nimis ſint negligentes· ⁊ ualde deficiunt a ꝓ/ bitate laicorum antiquorum· ſemper illam excuſatio nem iniquam pretendentes· ꝙ aut ſint ita ſimplices ꝙ hoc non ſciant· aut aliis ſic prepediti ꝙ huiuſmodi uacare tempus non habeant· O qualis eſt iſta excuſa tio? Induſtrii ſunt ad peccandum ⁊ ſimplices ad cō fitendum· Tempus habent ad opera iniqua perpetrā da· ⁊ tempus non habent ad male acta emendanda· Sciunt diſcernere uſq̧ ad minimam hauene menſuraꝫ quam habent in domo ſua ⁊ non ſciunt quid habēt in conſcientia ſua· Et utiq̧ illud quod ſciunt foris ē· ⁊ iſtud quod ſe neſcire dicunt intus eſt· O nihil ſtulti us eſt q̄ꝫ ut quis decipiat ſeipſum· Si neſcis diſce· nō an unq̄ꝫ diligentiam adhibuiſti ad hoc ut ſcias uolū tatem domini dei tui· Certe hoc pro ueriſſimo tenere debes ꝙ ad hoc creatus es· Si autem hoc ignoras ig noraberis· Poſtpoſita igitur excuſatione calua iſta que communiter laicis eſt ualde familiaris diſce quo modo conſcientiam tuā diſcutere debes· De mane qn̄

ſurgis.ſtatim aſſueſce gratias agere deo tuo. ꝙ te in
hāc horā uſqꝫ perduxit. Deinde recogita ſi aliquod
peccatum in nocte commiſiſti ⁊ pete de hoc ueniam ⁊
nota illud cum propoſito confitendi maxime ſi mor/
tale fuerit. Ora etiam ad dominum ut de futuro ſecu
rus fias dicens. Dignare domine die iſto ſine peccato
nos cuſtodire. Similiter de agendis ut angelꝰ ſanctꝰ
dirigat te ubiqꝫ in prandio ⁊ cena ſimiliter gratias a
ge domino de beneficiis ſuis. ⁊ in ſimplicitate cordis
ſume neceſſaria uite que deus largitus eſt tibi. In con
uerſatione tua per diem ſi ſolus fueris coge cor tuuꝫ
ad cogitandum aliquid boni. ⁊ ſi aliquid mali irrep
ſerit pelle a te ut melius poteris. Si cum hominibus
noli aliquid alteri facere uel dicere quod tibi nō vis
fieri. Ecce q̄ꝫ breuis uiuendi norma. Eſto fidelis in o
pere tuo. ueredicus ī ſermone. patiens ī iniuriis. ⁊ ſta/
tim eris homo ſincere ⁊ bone uite. De ſero anteq̄ꝫ lec/
tum introeas recogita an ſic uixiſti. ⁊ ſi nihil te cōmi/
ſiſſe mali inueneris gratias age deo. ſin autem ſigna di
ligenter cū propoſito emendandi ⁊ confitendi. Ora
deinde deum. ut ad noctem illaꝫ tu ⁊ familia tua trā
ſeas abſqꝫ macula peccati. Eya quis hominum aude
bit dicere in ueritate. Hoc neſcio ſic uiuere. eſt mihi im
poſſibile. cuꝫ gratia dei omnibus ſit parata. Vere ue
re peruerſorum vita ſubtilis eſt ⁊ difficilis ualde. Il
lam ſequi eſt laborioſum ⁊ doloroſuꝫ ⁊ ſcandaſoſuꝫ
⁊ periculoſum ſupra modum ſi bene aduertat homo
Sed vita bona ſimplex eſt ⁊ facilis honorabilis ⁊ ſe
cura. hoc preſuppoſito ꝙ ſi homo ſimplex et ho/

ne uoluntatis uellet ſtare contentus in uocatione ſua
⁊ ſe non intromittere de hiis que ſunt aliena a ſtatu
ſuo· nec ābulare in mirabilibꝰ ſuper ſe· Q̄ ſi aliquid
tūc ſibi moleſtum ſiue iniurioſum accideret quādo ſic
ſimpliciter ⁊ bn̄ ambularet ī uia dn̄i nihil de hoc do
lere deberet· ſʒ grās agere· quia ꝑ hoc ad maiorē gra/
tiam ⁊ gloriā perueniret· De ulteriori diſcuſſiōe ꝯſcie
non opꝰ ē plura dicere cū nil aliud ſit hoc q̄ʒ ſeipſum
examinare· an recte ambulauerit ī uia domini· an nō
Applicet igit̄ uitam ſuam ad ſtatū ꝓpriū· ⁊ tūc ꝯſciē
tia teſtimonium ſibi ꝓhibebit bn̄ de hiis· Q̄ āt ſit v
tilis diſcuſſio iſta docet Apoſto· i· ad Corin xi· dicēſ
Q̄ ſi noſipſos diiudicaremꝰ nō utiqʒ diiudicaremur
Cum āt iudicamur a dn̄o corripimur ne cū hoc mun/
do damnemur· Igit̄ qui flagella horrēda diuine ire
hic ⁊ ī futuro vult a ſe ⁊ a domo ſua remouere· ſtude
at nunc dum tempus habet ꝯſcientiā ꝓpriā examia
re· ⁊ que male geſſit humiliter deflere· ⁊ que bene fecit
in deum gratitudinem refundere· An nō facilius eſt di
cere pio corde· Deus tu propicius eſto mihi peccato
ri· recognoſco peccatū meū hoc ⁊ illud q̄ʒ grauiſſimas
egritudīes ſuſtinere· aut damna ſiue ſcandala aut cer
te acerbiſſimum purgatorii ignem· Ecce modo de ele
ctis loquimur· a quibus nunc iudicium incipit· eo ꝙ
nec minimum malum etiam quo ad ipſos manebit im
punitum· Et ſi ſic· quis finis eorum qui non credunt
euangelio dei· nec ſeruant mandata eius· Horrenduʒ
eſt incidere in manus dei viuentis· Preueniamus er/
go faciem eius confeſſione· non tantum ſemel aut bis
in anno· ſed per ſingulos dies· effundēdo videlicʒ cor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſtrum tanq̄ aquam in cõſpectu domini dei noſtri ⁊ quando copiam preſbiteri habere poſſumus etiã ſacramentalem abſolutionem expectamus. Traditur quidam modus ualde ſecurus a ſanctis patribꝰ quo ad illos qui in mortalia peccata ceciderunt. ꝙ ſcꝫ qñ ſibi non bene conſcii ſunt an perfectam confeſſionem fecerint ꝙ ſemel ad minus recolligãt totam uitã in amaritudine anime ſue. ⁊ tunc poſt plenam huiuſmõi premeditationem cõfeſſorem eligant idoneum. cui totaliter confiteant᷑ quecunq̄ cõmiſerunt moroſe ⁊ funditus ⁊ corde ſincero. donec ɔſciã ſcrupulis omnibus maxime mortalibus exuat᷑ ⁊ ad quietam ⁊ ſerenã pacem perueniat. Sua habita deinceps bone uolũtatis homo diligentius ſe cuſtodiat tanq̄ poſt pericula factus prudentior. ⁊ ne iterũ multitudine obruatur ſepius de quotidianis confiteatur. Confeſſor idoneus ẽ proprius ⁊ immediatus paſtor doctus ⁊ litteratꝰ ſciens diſcernere inter mortale ⁊ ueniale. aut aliquis de eius commiſſione aut licentia deputatus. Si igit᷑ ꝓprius paſtor fuerit impeditus poteſt ſubditus ab eo licentiam petere ⁊ alium quemlibet accipere. De illa quoq̄ generali recollectione ſi memoria non ſuffecerit ꝓ vna uice poteſt per aliquas ſeptimanas ul᷑ mẽſes aut annos ſi opus eſt confeſſionem iterare totiẽs quotiens peccata non confeſſa ad memoriam uenerĩt dicens hec aut ſimilia uerba. Pater quando confeſſionem generalem feci tunc aliqua oblitus fui. aut pro tunc ad memoriam non uenerunt. Et exprimere ea ſicut oportet. ꝙ ſi ſcribere nouit põt õnia ſimul ad cartam notare pro iuuanda memoria ⁊ coram ſacerdote

tractatim recitare ⁊ compuncte· ut vicȝ de ſingulis ꝯ feſſor poſſit deliberare· Hoc em̄ utile ē nec ualet quo rundā imperitoꝝ duricia· qui· hoc reprehendunt q̄ſi non ex carta ſed ex corde fieri debeat confeſſio cū ⁊ oīa eccleſiaſtica officia ſimul ⁊ ex corde ⁊ libris fiant vnum em̄ alterum iuuare debet· Quod autem dicitur non per breue· intelligendum eſt ꝙ ꝯfitens non debȝ confeſſori litteram porrigere ut ipē legat aut deſtina re ſibi more aliarum miſſiuarum ſed ore proprio pro nunciare debet· Si etiā uidet᷑ alicui impoſſibile· ꝙ ā/ tiqua peccata reuocare ad memoriam poſſit· talis de bet hunc modum aduertere· uidelicet ꝙ recogitet an/ nos ⁊ locum ⁊ ſocietateȝ cū qua uixit ⁊ officiū quod exercuit ⁊ alia iuuamina memorie· ⁊ inuocare gratiaȝ ſancti ſpūs· faciendo melius qd̄ poſſit pro recorda/ tione preteritoꝝ· ⁊ tunc pro certo penitus credere de bet· ꝙ aut ſpūs ſanctꝰ oblita ad memoriā ſibi redu/ cet aut dimittet abſqȝ dubio· que taliter euanuerunt a memoria· Bonus eniȝ dominus eſt hiis qui querūt eum ⁊ humiles ſpū ſaluabit· Studeamus igit᷑ uti mi ſericordia eiꝰ dū tēpꝰ ē· ne (quod abſit) ſi tantā neg/ lexerimus ſalutem cogamur velimus nolimus ſentire iuſtam uindictam· Ceterum de iure communi non te/ net᷑ laicus niſi ſemel in anno confiteri· videlicet tēpo re quadrageſimali ante ſolemnitatem paſcalem quan do etiam tenetur de neceſſitate communicare· In caſi/ bꝰ āt tenet᷑ pluries confiteri vicȝ ſi ſuper annum ue/ lit communicare· aut ſi fuerit in periculo mortis uľ ſi conſcientia ſibi dictat confitendum aliud mortale de quo ſibi conſcius eſt ⁊ copiam confeſſoris habuerit·

tunc non debet laborare ad deponendum ſcrupuluꝫ
illū quia ad melius tendit· ⁊ ex ſatis probabili opi/
nione procedit· Item ſi occurrit ſibi ꝯfeſſor cū veriſi/
mili coniectura ꝙ eius copiam illo anno nō poterit
habere· Sicut ſepe contingit de penitentiariis domi/
ni pape uel epī· tunc ſtatim tenet̃ ſe preparare ad con
fitendum ſi caſus tales habuerit· ¶ Item ē ſciendum
de proprio paſtore· quādo timeret ſimiliter ꝙ debi/
to tempore illius anni nō poſſit eum habere· Nā nūc
tenet̃ preuenire extremū articulū anni· Alioquin ex ꝑ
te ſui eſſet culpa ꝙ mandatum eccleſie non eēt ſeruatū
Sed hec ⁊ ſimilia hominibus bone uoluntatis nō eſt
neceſſe proponere· Ipſi em̄ prompti ſunt ⁊ ſolliciti ex
puere uenenum q̄ꝫ cito ſentiunt· Qui autē in extremis
periculis tantum remediuꝫ querunt raro conualeſcūt
Securam igit̃ uiam ſtudeant boni laici tenere ⁊ ſeip/
ſis caute preuenire ne callide preueniant̃· Sicq̄ꝫ mūde
abluere per ſingulos dies ut q̄cunq̄ꝫ hora dominꝰ ue
nerit paratos eos inueniat· ⁊ ad celeſtia regna perdu/
cat eodem cooperāte· cui laus eſt in ſecula ſeculoꝝ A·

Quintodecimo debet quilibꝫ fidelis ⁊ timoratꝰ
laicus ſiue ruſticus fuerit ſiue alterius officii im
mo quilibet xpianus ſepiꝰ meditari de preceptis di
⁊ obſeruatione eorum ⁊ ut in recta fide ambulet· Hec
eſt doctrina Moyſi in multis locis ⁊ precipue ī Deu
trono· Similiter ⁊ aliorum ſanctoꝝ omnium· Ratio
huius eſt. quia poſt legem datam ⁊ informationē ac
ceptam ſolent temptationes inſurgere· ⁊ ergo oportꝫ
auiſare fideles ſpecialiter de conſtantia ⁊ prudentia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf